



## BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

# Obispado de Astorga.

---

SUMARIO.—Bendición Papal.—Regreso del Prelado.—Indulgentiæ confraternitatis Sanctissimi Rosarii.—Tabla de los Sermones que se han de predicar en la S. A. I. Catedral desde la primera Dominica de Adviento de 1899 á la de 1900.—Comisión de Capellanías y fundaciones piadosas de Astorga.—Anuncio.

---

### *BENDICIÓN PAPAL*

---

Después de la Misa Pontifical que, con el favor de Dios, celebrará Nuestro Ilmo. y Rdmo. Prelado en la Santa Iglesia Catedral el próximo día de la Inmaculada Concepción dará la Bendición Papal con indulgencia plenaria, que ganarán los fieles que asistan, preparados con la recepción de los santos sacramentos de Penitencia y Comunión.

---

### REGRESO DEL PRELADO

Notablemente aliviado de sus crónicos padecimientos, de su pueblo natal, regresó á esta Capital de

su Diócesis el día 22 de los corrientes nuestro Ilmo. y Rdmó. Prelado, quien se hizo cargo inmediatamente después de su llegada del gobierno de su Iglesia.

---

## INDULGENTIAE CONFRATERNITATIS SANCTISSIMI ROSARII

---

### PARS PRIMA

#### Indulgentiae Confratribus propriae

##### I.—*pro iis qui confraternitati nomen dant.*

1. Indulgentia Plenaria, si confessi sacraque communione refecti in confraternitatem recipiuntur (Gregorius XIII, *Gloriosi* 15 Jul. 1579).

2. Indulgentia Plenaria, si legitime inscripti et confessi, eucharistiæ sacramentum sumunt in ecclesia seu capella confraternitatis, tertiam partem Rosarii recitant et ad intentionem Summi Pontificis orant (S. Pius V, *Consueverunt*, 17 Sept. 1569).

NOTA.—Qui confraternitati adscribantur, has indulgentias aut ipsa adscriptionis die, aut die dominica vel festiva proxime sequenti lucrari possunt (S. C. Indulg. 25 Febr. 1848).

##### II.—*pro iis qui recitant rosarium*

###### A.—QUOVIS ANNI TEMPORE.

3. Indulgentia Plenaria, semel in vita, si Rosariam ex instituto confraternitatis per hebdomadam recitant (Innocentius VIII, 15 Oct. 1484).

4. Si integrum Rosarium recitant, omnes consequuntur indulgentias quæ in Hispania conceduntur coronam B. Mariæ V. recitantibus (Clemens IX, *Exponi nobis*, 22 Februarii 1668).

5. Indulgentia quinquaginta annorum, semel in die, si tertiam partem Rosarii recitant in capella SS. Rosarii seu saltem in conspectu altaris prædictæ capellæ, vel si extra civitatem, in qua erecta est confraternitas, commorantur, in ecclesia vel ora-

torio publico quocumque (Adrianus VI, *Illius qui*, 1 Apr. 1523).

6. Indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum si ter in hebdomada Rosarium recitant, pro qualibet, vice (Leo X, *Pastoris aeterni*, 6 Octob. 1520).

7. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum pro qualibet hebdomada si integrum Rosarium recitant (S. Pius V, *Consueverunt*, 17 Sept. 1569).

8. Indulgentia quinque annorum et totidem quadragenarum quoties, recitando Rosarium, in salutatione angelica nomen Iesu devote proferunt (Pius IX, Decr. S. C. Indulg., 14 Apr. 1856).

9. Indulgentia duorum annorum si integrum Rosarium per hebdomadam dicendum per tres dies distribuunt, pro uno quolibet ex his tribus diebus, que tertiam partem Rosarii recitant (Clemens VII, *Etsi temporalium*, 8 Maii 1534),

10. Indulgentia tercentum dierum si recitant tertiam partem Rosarii (Leo XIII, 29 Aug. 1899).

11. Indulgentia centum dierum quoties alios inducunt ad tertiam partem Rosarii recitandum (Leo XIII, 29 Aug. 1899.)

12. Indulgentia tercentum dierum, semel in die, si dominicis vel festis diebus aliqua ecclesia Ordinis Prædicatorum assistunt exercitio recitandi vel canendi processionaliter singulas Rosarii decades coram singulis misteriis sive in pariete, sive in tabulis depictis (S. C. Indulgent. 21 Maii 1892).

A.—CERTIS ANNI DIEBUS VEL FESTIS.

13. Indulgentia Plenaria, in festo Anuntiationis B. M. V., si confessi et communione refecti Rosarium recitant (S. Pius V. *Iniuntum nobis*, 14 Jun. 1566).

14. Indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum, in festis Purificationis, Assumptionis et Nativitatis B. M. V. si Rosarium recitant (S. Pius V, loc. cit.).

15. Indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum, in festis Resurrectionis, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V. si tertiam partem Rosarii recitant (S. Pius V. *Consueverunt*, 17 Sept. 1569).

16. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum

in reliquis festis D. N. I. C. et B. M. V. in quibus sacra ipsius Rosarii mysteria recensentur (scilicet, in festis Visitationis B. M. V., Nativitatis D. N. I. C., Purificationis et Compassionis B. M. V. [feria sexta post dominicam passionis], Ascensionis D. N. I. C., Pentecostes et Omnium Sanctorum), si saltem tertiam partem Rosarii recitant (S. Pius V, loc. cit.).

17. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum in festis Nativitatis, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V. si integrum Rosarium ex instituto confraternitatis per hebdomadam recitant (Sixtus IV, *Pastoris æterni*, 30 Maii 1478; Leo X, *Pastoris æterni*, 6 Oct. 1520).

18. Indulgentia centum dierum in festis Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis et Nativitatis B. M. V. (Leo X, loc. cit.).

III.—*Pro iis qui comitantur Processionem ss. rosarii.*

19. Indulgentia Plenaria, si confessi et communicati processioni prima mensis dominica intersunt, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant et insurper capellam SS. Rosarii visitant (Gregorius XIII, *Ad augendam*, 24 Oct. 1577).

NOTA.— Hanc indulgentiam, confratribus concessam, consequi poterunt confratres itinerantes, navigantes aut alicui inservientes (quos inter milites actu servientes adnumerantur) integra Rosarii recitatione; infirmi vero, vel legitime impediti si tertiam partem Rosarii recitant (Gregorius XIII, *Cupientes*, 24 Dec. 1583).

20. Indulgentia Plenaria si processionem associant in festis Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis, Praesentationis et Immaculatae Conceptionis B. M. V. (Pius IV, *Dum præclara*, 28 F Febr. 1561), vel aliquo die infra octavas istorum festorum (S. C.) Ind., 25 Febr. 1848).

21. Indulgentia quinque annorum acquirenda, quando ex eleemosynis confraternitatis virgines matrimonio iungendae dotantur, si processioni intersunt (Gregorius XIII, *Desiderantes*, 22 Mart. 1580).

22. Indulgentia centum dierum, si processionem debitis diebus faciendam associant (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Iam. 1579).

23. Indulgentia sexaginta dierum, si processiones ordinarias tam confraternitatis, quam alias quascumque de licentia Ordinarii celebratas, etiam SS. Sacramenti ad infirmos delati, comitantur (Gregorius XIII, *Gloriosi*, 15 Iul. 1579).

IV.—*Pro iis qui visitat capellam vel ecclesiam confraternitatis*

24. Indulgentia Plenaria qualibet prima mensis dominica, si confessi et s. communione refecti id faciunt, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (Gregorius XIII, *Ad augendam*, 12 Mart. 1577).

NOTA.—Hanc indulgentiam etiam confratres infirmi, qui ad eandem ecclesiam accedere non valent, lucrari possunt, si prævia confessione et communione, domi ante devotam imaginem Rosarium seu coronam (h. e. tertiam partem Rosarii: S. C. Indulg., 25 Febr. 1877 ad 6), aut septem psalmos devote recitant (Gregorius XIII, loc. cit.).

25. Indulgentia Plenaria, quavis prima mensis dominica, si sacramentis muniti, expositioni sanctissimi eucharistiæ sacramenti in ecclesia confraternitatis, quatenus de Ordinarii licentia locum habet, per aliquod temporis spatium devote intersunt, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (Gregorius XVI, *Ad augendam*, 17 Decembris 1833).

26. Indulgentia Plenaria, si confessi ac s. communione refecti capellam SS. Rosarii aut ecclesiam confraternitatis visitant, ibique ad mentem Summi Pontificis orant a primis vesperis usque ad occasum solis in festis Domini Nativitatis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis et Pentecostes, item in duabus feriis sextis quadragesimæ ad arbitrium eligendis; nec non in festo Omnium Sanctorum, ac semel infra octiduum Commemorationis omnium fidelium defunctorum (Gregorius XIII, *Pastoris æterni*, 5 Maii 1582, Gregorius XVI, *Ad augendam*, 17 Decembris 1833; S. C. Indulg., 12 Maii 1851).

27. Indulgentia Plenaria, sub iisdem conditionibus, á primis vesperis usque ad occasum solis, in festis B. M. V. Immaculatæ Conceptionis, Nativitatis, Presentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis ac in festo septem Dolorum

(feria sexta post dominicam passionis) (Gregorius XIII, loc. cit., Clemens VIII, *De salute*, 18 Ian. 1593; Gregorius XVI, loc. cit.).

NOTA a.—Indulgentia Plenaria in festis B. M. V. Conceptionis, Nativitaris, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis et Assumptionis acquiri etiam potest per octavam, sed semel tantum in quovis octiduo (S. C. Ind., 25 Febr. 1848).

NOTA b.—Indulgentia Plenaria in diebus Paschatis, Ascensionis et Pentecostes, ac in festis B. M. V. Immaculata Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Præsentationis et Assumptionis, nec non in duabus feriis sextis quadragesimæ acquiri potest etiam visitando quamcumque aliam ecclesiam vel publicum oratorium (S. C. Indulg. 12 Maii 1851).

NOTA c.—Quoad itinerantes, navigantes, inservientes vel infirmos aut alias legitime impeditos, pro acquisitione Indulgentiæ Plenariæ ecclesiam seu capellam SS. Rosarii visitantibus concessæ diebus quibus festa mysteriorum Rosarii celebrantur, idem dicendum, quod superius de iis, qui processioni intervenire nequeunt (n 19), dictum est (Sixtus V. (*Dum ineffabilia*, 30 Ianuarii 1586).

28. Indulgentia Plenaria, sub iisdem condicionibus, dominica infaoctavam Nativitatis B. M. V. (Clemens VIII, *ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

26. Indulgentia Plenaria, sub iisdem condicionibus, dominica tertia Aprilis, a primis vesperis usque ad solis occasum (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Ian. 1579).

30. Indulgentia septem minorum et totidem quadragenarum, si confessi sacraque communionem refecti capellam seu altare fraternitatis visitant, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant in diebus Nativitatis Dñi, Paschatis, Pentecostes, et in festis Immaculatae Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Visitationis et Assumptionis B. M. V., nec non in festo Omnium Sanctorum (Clemens VIII. *Salvatoris*, 13 Ian. 1593; Idem, *De salute*, 18 Ian. 1593).

31. Indulgentia centum dierum pro quolibet die quo visitant capellam seu altare SS. Rosarii, ibique ad intentionem Summi

Pontifices orant (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Ian. 1579).

NOTA.—Moniales in clausura viventes, iuvenes utriusque sexus in collegiis, seminariis, conservatoriis degentes, omnesque demum personæ viventes in institutis ex quibus ad libitum egredi non possunt imo et membra societatum catholicarum, omnes indulgentias pro quibus præscriberetur visitatio capellæ seu ecclesiæ confraternitatis—dummodo huic rite adscripti sint—lucrari possunt visitando propriam ipsorum ecclesiam, seu capellam, sive oratorium (S. C. Ind. 11 Aug. 1871; 8 Febr. 1874).

Confratres infirmi vel quomodocumque impediti quominus sacramentum eucharistiæ recipiant, aut ecclesiam vel capellam visitent; indulgentias omnes pro quibus istæ conditiones præscribuntur lucrari possunt, si confessi aliisque iniunctis operibus adimpletis, aliquod pium opus a confessario iniunctum exequentur.

Cum in quibusdam festis pro visitatione ecclesiæ seu capellæ SS. Rosarii præter plenariam indulgentiam aliqua etiam Indulgentia partialis concessa fuerit, ad hanc quoque acquirendam distincta ecclesiæ seu capellæ visitatio necessaria est.

#### V.—*Pro iis qui visitant quinque altaria*

32. Confratres qui visitant quinque altaria cujuscumque ecclesiæ vel oratorii publici, vel quinquies unum duove altaria ubi quinque non reperiuntur, lucrantur easdem indulgentias ac si Romæ stationes visitarent (Leo X, 22 Maii 1518).

#### VI.—*Pro iis qui dicunt vel audiunt missam votivam ss. rosarii*

33. Indulgentiæ omnes integrum Rosarium recitantibus concessæ, pro confratribus sacerdotibus si missam votivam secundum missale romanum pro diversitate temporis ad altare SS. Rosarii celebrant (quæ missæ votivæ bis in hebdomada dici possunt); pro aliis autem confratribus si tali missæ assistunt et ibi pias ad Deum fundunt preces (Leo XIII, *Ubi primum*, 2 Oct. 1898).

34. Indulgentiæ omnes concessæ iis qui processionem primam uniuscujusque mensis dominica fieri solitam associant, pro iis qui consuetudinem habent celebrandi vel audiendi hanc missam,

semel in mense, die quo confessi sacramentum communionis recipiunt (Clemens X, *Caelestium munerum*, 16 Febr. 1580).

35. Indulgentia unius anni pro iis qui in sabbatis quadragesimæ assistunt coniunctim missæ, concioni de B. M. V. et antiphonæ «Salve Regina» (Gregorius XIII, *Desiderantes*, 22 Mar. 1580).

VII.—*Pro iis qui devotionem quindecim sabbatorum  
ss. rosarii peragunt*

36. Indulgentia Plenaria in tribus ex quindecim sabbatis, uniuscuiusque arbitrio eligendis, si per quindecim sabbata consecutiva (vel etiam quolibet infra annum tempore (confessi et s. communionem refecti ecclesiam confraternitatis visitant ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (S. C. Indulg. 12 Dec. 1859).

37. Indulgentia septem annorum et totidem quadragesimarum in duodecim sabbatis n. 36 non comprehensis (S. C. Indulg. 12 Dec. 1849).

VIII.—*Pro iis qui mense Rosariano certas devotiones peragunt*

38. Indulgentia Plenaria. si exercitio mensis octobris, in ecclesiis Ordinis Prædicatorum institui solito, saltem decies interfuerunt, die ab ipsis eligendo; si sacramenta recipiunt et ad intentionem Summi Pontificis orant (S. C. Indulg., 31 Aug. 1885).

39. Indulgentia septem annorum et totidem quadragesimarum quoties devotionibus in ecclesiis Ordinis Prædicatorum mense octobris quotidie institui solitis intersunt (S. C. Ind., 31 Aug. 1885).

IX.—*Pro iis qui assistunt antiphonæ «Salve Regina» cantatæ*

40. Indulgentia trium annorum et totidem quadragesimarum, si in ecclesia confraternitatis cum candela accensa (ubi usus viget, alibi adiungatur una «Ave Maria») assistunt antiphonæ «Salve Regina» cantari solitæ in festis B. M. V. quæ a' universa ecclesia celebrantur (S. C. Indulg., 18 Septem. 1862 ad 4.) et in Apostolorum natalitiis, ac festis Sanctorum Ordinis Prædicatorum (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

41. Indulgentia centum dierum, omnibus diebus per totum



annum, si huic antiphonæ post completorium assistunt (Clemens VIII, loc. cit.).

42. Indulgentia quadraginta dierum in omnibus sabbatis ac diebus festivis per annum (Leo X, *Pastoris æterni*, 6 Oct. 1520).

NOTA.—Indulgentias nn. 40 et 41 recensitas legitime impediti quominus in ecclesia huic antiphonæ adstent, lucrari possunt si eandem flexis genibus coram altari vel imagine B. M. V. recitant (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

X.—*Pro iis qui orationem mentalem aut alia spiritualia exercitia peragunt.*

43. Indulgentia Plenaria, semel in mense, si per integrum mensem quotidie per mediam horam vel saltem per quartam horæ partem mentali orationi operam dant, die ad eorum arbitrium eligendo, quo sacramenta pœnitentiæ et eucharistiæ recipiunt (Clemens X, *Ad ea*, 28 Ian. 1671).

44. Indulgentia Plenaria, si in memoriam quadraginta dierum, quibus dominus Iesus stetit in deserto, per eundem numerum dierum in oratione, mortificatione et in aliis piis operibus sese exercuerint, semel in anno, die ab ipsis eligendo (Pius VII, *Ad augendam*, 16 Februarii 1808).

45. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, quoties per mediam horam mentali orationi operam dant (Clemens X, *Ad ea*, 28 Ian. 1671).

46. Indulgentia centum dierum quoties per quartam horæ partem meditationi vacant (Clemens X, loc. cit.).

XI.—*Pro iis qui visitant confratres infirmos*

47. Indulgentia trium annorum et totidem quadragenarum, quoties infirmos confratres visitant (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1579).

48. Indulgentia centum dierum, si confratres infirmos ad ecclesiastica sacramenta suscipienda hortantur (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Ian. 1579).

XII.—*Pro iis qui sufragantur animabus confratrum defunctorum*

49. Indulgentia Plenaria, si in quator anniversariis (diebus 4

Febr., 12 Jul., 5 Sept., 10 Nov.) quotannis in ecclesiis publicis tum fratrum, tum sororum Ordinis Prædicatorum institui solitis, officiis defunctorum intersunt, ac confessi sacraque communione refecti ad intentionem Summi Pontificis orant, semel quolibet ex illis quator diebus (Pius VII, *Ad augendam*, 16 Febr. 1808).

50. Indulgentia octo annorum si exequiis adstiterint sequentes processionem quæ in suffragium defunctorum quolibet die sabba ti aut semel in mense per ecclesiam confraternitatis sive per claustrum ducitur (Gregorius XII, *Desiderantes*, 22 Mart. 1580).

51. Indulgentia trium annorum et totidem quadragenarum, quoties corpora confratrum defunctorum ad ecclesiam confraternitatis associant (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

52. Indulgentia centum dierum si cadavera confratrum cum vexillo confraternitatis ad sepulturam associant, vel si anniversariis pro animabus defunctorum confratrum celebratis intersunt, et ibidem ad intentionem Summi Pontificis orant (Gregorius XIII, *Cum sicut*, 3 Jan. 1579).

XIII.—*Pro iis qui quodcumque caritatis vel pietatis opus peragunt*

53. Indulgentia sexaginta dierum quoties confratres aliquod opus caritatis et pietatis exercent (Gregorius XIII, *Gloriosi*, 15 Jul. 1579).

#### XIV.—*Pro morientibus*

54. Indulgentia Plenaria, a sacerdote etiam extra confessionem per formulam communem applicanda, si Rosarium per hebdomadam recitare consueverunt (Innocentius VIII, 13 Oct. 1483; S. C. Indulg. Decr. 10 Augusti 1899).

55. Indulgentia Plenaria, si ex hac vita migrant manu tenentes candelam benedictam SS. Rosarii, dummodo semel saltem in vita integrum Rosarium recitaverint (Hadrianus VI, *Illius qui*, 1 Apr. 1523).

56. Indulgentia Plenaria, si sacramenta pœnitentiæ et eucharistiæ recipiunt (S. Pius V, *Consueverunt*, 17 Septemb. 1569).

57. Indulgentia Plenaria, si contriti ss. nomen Iesu saltem corde, si ore non possunt, invocant (Leo XIII, Rescr. S. C. Indulg. 19 Aug. 1899).

58. Indulgentia Plenaria, si susceptis Ecclesie sacramentis fidem Romanæ Ecclesiæ profitentes et antiphonam «Salve Regina» recitantes, B. Virgini se commendat (Clemens VIII, *Ineffabilia*, 12 Febr. 1598).

NOTA.—Quamvis heic relata sit pluries indulgentia plenaria in mortis articulo, tamen ad tramitem Decretorum S. C. Indulgent. una tantum acquiri poterit in mortis articulo sub una vel altera ex diversis conditionibus supra expositis.

### XV.—*Pro defunctis*

56. In ecclesiis Ordinis Predicatorum altare SS. Rosarii pro sacerdotibus eiusdem Ordinis privilegiatum est pro anima cuiuscumque confratris (Gregorius XIII, *Omnium saluti*, 1 Sept. 1582).

60. In ecclesiis confraternitatis altare SS. Rosarii pro sacerdotibus confratribus gaudet privilegio, non solum in favorem confratrum defunctorum, sed etiam cuiuscumque defuncti, etiamsi aliud altare privilegiatum in eadem ecclesia existat. Imo, si in ecclesia non extat aliud altare privilegiatum, altare SS. Rosarii etiam pro quocumque sacerdote, quamvis confraternitati non adscripto, et in favorem cuiuscumque defuncti privilegiatum est (S. C. Ind. *Cameracen.* 7 Iun. 1842; Pius IX, *Omnium salutis*, 3 Mart. 1757).

## PARS SECUNDA

### Indulgentiæ confratribus cum aliis fidelibus communes

61 Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum; prima dominica cuiuslibet mensis, si processioni intersunt (S. Pius V, *Consueverunt*, 17 Sept. 1569).

62. Indulgentia Plenaria toties quoties in festo SS. Rosarii, sacramentis refecti, a primis vesperis usque ad occasum solis diei ipsius, in memoriam victoriæ super Turcas apud Echinadas insulas ope Rosarii reportatæ, capellam (vel effigiem B. M. V. in ecclesia expositam: S. C. Ind. 25 Ian. 1866) visitant, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (S. Pius V, *Salvatoris*, 5 Mart. 1572; S. C. Indulg., 5 Apr. 1869, 7 Iul. 1885).

NOTA.—Ad lucranda[m] præfatam Indulgentiam, confessio poterit anticipari feria sexta immediate præcedenti festum SS. Rosarii (Leo XIII, Rescr. S. C. Ind., 19 Augusti 1899).

63. Indulgentia Plenaria in uno die octavæ festi SS. Rosarii ad arbitrium unuscuiusque eligendo, si, sacramentis refecti, cappellam SS. Rosarii, vel simulacrum B. M. V. in ecclesia expositum, visitant, ibique ad intentionem Summi Pontificis orant (Benedictus XIII., *Preliosus*, 20 Maii 1727, S. C. Ind., 7 Jul. 1885).

64. Indulgentia Plenaria sub iisdem conditionibus in festo Corporis Christi et in festo Sancti Titularis ecclesiæ (Gregorius XIII., *Desiderantes*, 22 Mart. 1580).

65. Omnes et singulæ indulgentiæ in hoc Indice contentæ possunt per modum suffragii applicari animabus fidelium qui vinculo caritatis Deo coniuncti supremum diem obierunt; excepta tamen Plenaria in mortis articulo (Innocentius XI, *Ad ea*, 15 Jun. 1679).

## DECRETUM

Cum Magister Generalis Ordinis Prædicatorum mandato obtemperans articuli xvi Constitutionis Apostolicæ *Ubi primum* anno superiore editæ, novum Indulgentiarum Indicem huic S. Congregationi exhibendum curaverit, hæc S. Congregatio illum diligentissime expendit, adhibita etiam opera quorundam ex suis Consultoribus. Cumque, mature perpensis omnibus, existimaverit nonnulla demenda, addenda, declaranda vel brevius exprimenda esse, has omnes immutationes, in Indicem præfatum inducendas, SSmo Dño Nostro Leoni Pp. XIII per infrascriptum Cardinalem Præfectum subiecit.

Sanctitas autem Sua in audientia diei 29 Augusti 1899 eas benigne approbare dignata est, simulque novum hunc Indicem uti supra redactum in omnibus et singulis partibus probavit, Indulgentias omnes in eo contentas Apostolica Sua Auctoritate confirmavit, et, quatenus opus sit, denuo concessit; simul edicens præter eas quæ in præsentī Indice referuntur quascumque alias

Confraternitatibus ss. Rosarii tributas, a probatas seu revocatas esse censendas, ita ut quaecumque iam erecta vel in posterum erigenda sit Sodalitas ss. Rosarii a Magistro Generali Ordinis Prædicatorum iis tantummodo gaudeat Indulgentiis quæ in hoc Indice insertæ reperiuntur. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria eiusdem Sacræ Congregationis die 29 Augusti 1899.

FR. HIERONYMUS M. Card. GOTTI

*Præfectus*

L. † S.

A. SABATUCCI Archiepiscopus Antinoensis *Secretarius*

## APPENDIX

### *Sumarium indulgentiarum omnibus christifidelibus pro devotione ss. Rosarii concessarum*

1. Indulgentia Plenaria, semel in anno, si singulis diebus saltem tertiam partem Rosarii recitant, et die ab ipsis eligenda sacramentis reficiuntur, dummodo adhibeant coronam ab aliquo religioso Ordinis Prædicatorum, vel ab alio sacerdote deputato benedictam (*Raccolta*, Editio, 1898, n. 194).

2. Indulgentia centum dierum pro quolibet «Pater noster» et qualibet «Ave Maria», si integrum Rosarium vel saltem tertiam eius partem recitant, dummodo Rosarium sit benedictum ab aliquo religioso Ordinis Prædicatorum, vel ab alio sacerdote deputato (*Ibid.*).

3. Indulgentia quinque annorum et totidem quadragenarum, quoties tertiam partem Rosarii recitant (*Ibid.*).

4. Indulgentia decem annorum et totidem quadragenarum, semel in die, si una cum aliis, sive domi, sive in ecclesia, sive in aliquo oratorio publico seu privato, saltem tertiam partem Rosarii recitant (*Ibid.*).

5. Indulgentia Plenaria in ultima singulorum mensium dominica, si saltem ter in hebdomada tertiam partem Rosarii una cum aliis sive domi, sive in ecclesia, sive in aliquo oratorio recitant, et in dicta ultima dominica ss. sacramentis refecti aliquam ecclesiam seu aliquod publicum oratorium visitant, ibique secundum mentem Summi Pontificis orant (*Ibid.*).

6. Indulgentia Plenaria in uno ex quindecim sabbatiss conti-

nuis, arbitrio uniuscuiusque eligendo, si singulis sabbatis sacramenta suscipiunt, et tertiam partem Rosarii recitant, vel aliter eiusdem mysteria devote recolunt (*Raccolta*, edit. cit., n. 197).

NOTA.—Quoties fideles legitime impediuntur quominus præfatum exercitium die sabbati peragant, absque indulgentiarum iactura illud die dominica explere possunt (*Ibid.*).

7. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum, omnibus sabbatis num.º præcedenti non comprehensis (*Ibid.*).

8. Indulgentia Plenaria, si quovis anni tempore per novem dies in honorem Reginæ SS. Rosarii piis exercitiis operam dant, recitando preces a legitima auctoritate approbatas, die ad arbitrium uniuscuiusque eligendo, sive intra novendiales sive infra octo dies immediate sequentes novendium, quo vere poenitentes, confessi et s. communionem refecti iuxta mentem Summi Pontificis orant (*Raccolta*, edit. cit., n. 149).

9. Indulgentia tercentum dierum pro omnibus aliis diebus novendii, quibus in dictis orationibus se exercent (*Ibid.*)

*Pro recitantibus tertiam partem Rosarii in mense Octobris*

A SSmo Dño Nostro Leone PP. XIII (1 Septembris 1883—20 Augusti 1885—23 ulii 1898) concessæ fuerunt in perpetuum Indulgentiæ quæ sequuntur:

10. Indulgentia Plenaria, si in die festo B. V. de Rosario, vel aliquo die infra octavam, sacramenta rite suscipiunt, et aliquam sacram aedem visitant, ibique ad mentem Summi Pontificis orant, dammodo die festo et singulis per octavam diebus sive publice in aliqua ecclesia, sive privatim tertiam partem Rosarii recitent.

11. Indulgentia Plenaria, si post octavam festi SS. Rosarii saltem decies infra eundem mensem octobris, sive publice in aliqua ecclesia, sive privatim, tertiam partem Rosarii recitant et die ab ipsis eligendo sacramenta rite suscipiunt, aliquam ecclesiam visitant ibique ad intentionem Summi Pontificis orant.

12. Indulgentia septem annorum et totidem quadragenarum pro quovis die mensis octobris, quo fideles tertiam partem Rosarii sive publice in aliqua ecclesia, sive privatim recitant.

13. Omnes et singulæ Indulgentiæ in hoc Summario recensitæ sunt applicabiles animabus igne purgatorii detentis (*Raccolta*, edit. cit., p. xxii, n. 4).

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita præsens Summarium Indulgentiarum omnibus Christifidelibus pro devotione SSmi Rosarii concessarum uti authenticum recognovit typisque imprimi ac publicari permisit.

Datum Romæ ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die  
29 Augusti 1899.

FR. HIERONYMUS M Card. GOTTI  
*Præfectus.*

L. † S.

A. SABATUCCI Archiepiscopus Antinoensis, *Secretarius.*

---

**TABLA DE LOS SERMONES**  
**que se han de predicar en la S. A. I. Catedral**  
**de Astorga desde la 1.ª Dominica de Ad-**  
**viento de 1899 á la de 1900.**

- Dominica primera de Adviento, Excmo. é Itmo. Sr. Obispo  
Inmaculada Concepción, Sr. Lic. D. Francisco Alvarez, Beneficiado
- Dominica segunda de Adviento, M. I. Sr. Lic. D. Felipe Arias,  
Penitenciario.
- Dominica tercera de Adviento, Excmo. é Itmo. Sr. Obispo.  
Natividad de N. S. J. C. (segundo día), M. I. Sr. D. Antonio  
Martinez, Lectoral
- Circuncisión, Excmo. é Itmo. Sr. Obispo
- Epifanía, M. I. Sr. D. Enrique Suarez, Magistral
- Purificación de Nuestra Señora, M. I. Sr. Lectoral
- Dominica de Septuagésima, (Bula), á cargo del Sr. Adminis-  
trador
- Dominica de Sesagésima, M. I. Sr. Magistral
- Dominica de Quincuagésima, M. I. Sr. D. Pedro Domínguez  
Doctoral
- Ceniza, Excmo. é Itmo. Sr. Obispo
- Dominica primera de Cuaresma, M. I. Sr. Magistral
- Dominica segunda de Cuaresma, M. I. Sr. Magistral
- Dominica tercera de Cuaresma, M. I. Sr. Magistral
- Asunción de Nuestra Señora, M. I. Sr. Dr. D. Ramón Fernández  
Canónigo
- Dominica de Pasión, M. I. Sr. Magistral
- Mandato, Sr. Lic. D. Francisco Alvarez, Beneficiado
- Pasión de N. S. J. C., M. I. Sr. Dr. D. Ramón Fernández Ca-  
nónigo
- Resurrección, (segundo día) M. I. Sr. Lectoral
- Santo Toribio, M. I. Sr. Penitenciario
- Ascensión del Señor, M. I. Sr. Magistral
- Pentecostés, (segundo día) M. I. Sr. Magistral

Sanctissimum Corpus Christi, Dominica infraoctava, M. I, señor  
Magistral  
San Pedro, M. I. Sr. Penitenciario  
Santiago, M. I. Sr. Magistral  
Asunción de Ntra. Señora, M. I. Sr. Doctoral  
Natividad de Nuestra Señora, M. I. Sr. Dr. D. Ramón Fernández,  
Canónigo  
Todos los Santos, M. I. Sr. Magistral

---

## COMISIÓN DE CAPELLANÍAS

Y FUNDACIONES PIADOSAS DE LA DIÓCESIS DE ASTORGA

Esta Comisión á fin de llevar á debido efecto el Convenio celebrado entre la Sta. Sede y S. M. sobre Capellanías colativas y fundaciones piadosas, por el presente llama, cita y emplaza á todos los que se crean con algún derecho á la Capellanía colativa familiar de *San Andrés*, fundada en la parroquia de Viñambres, para que en el término de un mes á contar desde esta fecha, se presenten ante la referida Comisión á instruir el expediente que marca el artículo 34 de la Instrucción para ejecutar el citado Convenio; apercibiéndoles que pasado dicho plazo sin presentar las oportunas solicitudes, *debidamente documentadas* les parará el perjuicio á que, en derecho haya lugar.

Astorga 30 de Noviembre de 1899, —P. A. de la Comisión, *Lic. Indalecio Fernández de Cabo*, Srio.

---

## EPACTAS O CARTILLEJAS PARA 1900.

Desde el día seis del corriente se hallarán de venta en la Imprenta de este *Boletín* á 75 céntimos en rústica, 1'10 en holandesa y 1'50 ptas. en tafilete.

Se envían francas de porte, remitiendo 6, 8 y 11 sellos de 15 céntimos, según las diferentes encuadernaciones.—Esta casa no responde de las que se envíen sin certificar.

---

Astorga.—Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rúa antigua, 5 y 7